

Author: Doni, Giovanni Battista

Title: Perillustris ac Reuerende Domine

Editor: Massimo Redaelli

Source: Florence, Biblioteca Marucelliana, MS A.290, f.<1v>-<2v>

[<f.1v>-] Perillustris ac Reuerende Domine

[41. in marg.] Quod magnopere erat in uotis [[<. >]] uir ornatissime ut [[amicitiae tuae [[<...> supra lin.]] (quam merita eruditionis atque uirtutis omnibus etiam extraneis expetenda praebent) compos fierem]] compos fierem amicitiae tuae quam merita eruditionis atque uirtutis omnibus etiam extraneis expetendam [[praebent]] [[stant]] suadent id ultro a te mihi oblatum humanissimis ijs litteris quas Iacobus de Turri amicus tuus mihi reddidit uehementer sum gauisus. Multo etiam magis gauisurum me in posterum spondeo si [[qua in re operam meam [[usui]] utilem tibi fore credideris]] cum usus ueniet operamque meam utilem tibi fore credideris prompter fidenterque quod uidebitur imperaueris. Documentum id erit apud me certissimum non minus sincere ac constanter mutuae istius amicitiae iura te obseruaturum quam [[<. >]] humaniter atque officiose eam mihi detulisti. Quod ad me attinet operam dabo certe ut hac quidem in re nemo quidquam a me iure desideret. Vtinam eadem fiducia frequentiam litterarum polliceri tibi possim. sed tot occupationibus grauissimisque curis nunc maxime distineor [[ut uix locus ut satisfacere tuo posse dubito]], ut minimum otij mihi supersit ad scribendum. Et quoniam de musicis studijs uideo te libentissime confabulari, quae me uoluptas mirifice [-<f.2r>-] quoque tenet, quamquam uterque nostrum grauioribus [[reb]] negotijs occupatus sit atque in hac facultate discordes maxime sint [[ut uideo]] [ut tu quoque fateris corr. supra lin.] utriusque nostrum sententiae atque hypotheses, [[attamen]] non grauabor tamen in hanc palaestram [[aliq]] nonnumquam descendere [[meaque <. >]] measque cogitationes [[inge<n>]] candide atque ingenue pro instituto meo tecum [[impartiri. Quae autem]] communicare ea gratia praesertim ([[quamquam]] [etsi corr. supra lin.] tanto locorum spatio disiungimur) ut monitis praeceptisque tuis quantum pote proficiam. Video enim te uirum esse pereruditum acrisque iudicij: et cui aliquando cum Musica facultas tum posteritas quoque magnas habitura sit gratias. Quo pauciores ergo sunt hodie qui cum musicis studijs solidam eruditionem atque elegantiores litteras coniungant eo te uehementius hortor ut quam aggressus es prouinciam musicam practicam ac melopeiam excolendi strenue ac diligenter [[proseq]] persequeris. Magna tibi proposita est merces honoris laudisque perpetuae: quam uiles animae parui scilicet faciunt sed ij quibus cor inest ardentem concupiscunt. [[Concentus tuos magna ex]] Verum antequam elaboratissimos eos ut opinor [[B<. >]] Disquisitionum musicarum libros in lucem proferas autor tibi fuerim ut aliquos praecipuos scriptores [[incertum an a te uisos quorum an [[d]] ad te peruenerit notitia]] quos an legeris [[<. >]] [[dubium aliq]] ambigo prius euoluas: praesertim Aristidem Quintilianum inter antiquos [[quem]] qui Aristoxenij doctrinam in Epitome redagisse uidetur Franciscum Salinum Hispanum hominem doctissimum atque emunctissimae naris Vincentium Galileium in Dialogo de musica prisca ac recenti Italice edito: in quem politissimi quidam uiri ciues mei egregias symbolas contulerunt. Miror enim in eleganti illa Dissertatione ad Petrum Scriuerium Bedae opusculum inter primarios huius facultatis autores recenseri: quod tamen nihil [[habet]] fere continet quod cum Boethij et id genus aliorum scriptis conferre queat Immo facile est animaduertere mutilum prorsus esse atque ab aliquo sequioris aevi interpolatum: quod plane ostendunt uerba quae barbara ac uernacula Gallorum nec a Latinis scriptoribus Bedae saeculo temere usurpata. Quod de ueterum Graecorum musica [-<f.2v>-] modice sentias uehementer in eo requiro iudicium atque eruditionem tuam. Multa enim sunt quae si attenter considerentur cum eorum in caeteris artibus ac scientijs summam excellentiam manifeste suadeant tum in rebus musicis quae tantopere ab ijs exulta sunt tantoque in pretio habitae. Verum aequiorem te paulo antiquis futurum puto cum Dissertationes meas quas cum Notis ad Compendium propediem Deo fauente editurus sum (una ex ijs nomini tuo inscribetur) aspexeris; multoque magis cum opusculum [[meum]] [Latinum corr. supra lin.] De praestantia musicae ueteris [[euolut]] Quin etiam aliquantulum a tua sententia decessum fuisse crediderim si arcanum illud priscarum

Harmoniarum a me euulgatum, [[si]] intellexisse [[(]] (Magna enim res est et quae uarietatem atque opes ueteris musicae hodiernaeque angustias plane ostendat) sed ut de eo nonnihil dubitem facit cum breuis ac succincta eius argumenti tractatio quae multis [[obs]] subobscura uidetur tum quod Reuerendo Patri Marino Mersenno in musicis consummatissimo [consummatissimum ante corr.] [[<.>]] [totam hanc rem corr. supra lin.] minus hactenus intellectam cognoui: quamquam longissimis litteris [[e<.>]] eam illi insinuare conatus sim. Quidquid sit res paulatim hic ad praxim deducitur: praesertim penes nobiles quosdam uiros, qui sunt mihi instar omnium maioresque. multo progressus faceret si Principes nostri paulo diligentius Musicis sacris initiati essent; pauloque litterariores essent [[Sympho]] uulgares Symphoniurgi [gloriaeque appetentiores in marg.] minusque inuidi ac desides. Sed ij [[tamde<.> supra lin.]] ut spero consensu meliorum [[ducti ac ueritate ed]] edocti; manus [[dabunt]] aliquando dabunt Concentus sui magna ex parte me curante decantati mirifice placuerunt: animaduersumque est a peritioribus meliores Symphoniurgos ex nostratibus a te diligenter esse lectitatos: neque enim negare potest quin in affectibus [[exprimendis]] modulatione exprimendis (quod tu musicam flexanimam uoces) nostri caeteris praecedant etsi non [tam supra lin.] arte ac ratione (quod te facere mihi persuadeo) quam usu quodam (Galli routine uocant) id praestant. Caeterum ut dicam quod sentio summam musicae excellentiam minime sitam [[ha]] arbitror hac in ratione modulandi concentusque faciendi in qua [polologiai] et [palilogiai] passim [inseruntur elegantioresque ac sublimiores poetarum cantiones [melodeisthai] non possunt quod alibi elegantius ostendi. Quod antiquis ignotas fuisse consonantias quas uulgo [[perf]] imperfectas [[uocant]] ego aptius secundas [[uocari]] [appellari corr. supra lin.] puto; in eo tu quidem cum pluribus sentis dissentiente tamen Salinas immo quod caput est recta ratione prorsus refragante: quod quamquam [paradoxon] tibi nunc uidebitur satis liquido tamen a me probatum puto in ea dissertatione quam de consonantijs nuper concepi Patrique Mersenno inscripsi Sed de his alias: nunc Deum oro ut uotis ac desiderijs tuis clementer aspiret. Romae Idibus Iulij 1639.